



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

11. Charta qui suo nepote aliquid meliorare voluerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

*Epiſtolat cām in loco filiorum nepotes  
inſtituntur ab ayo.*

X. Dulcissimis nepotibus meis illis ego ille. Quicquid filii vel nepotibus de facultate pater cognoscitur ordinasse, voluntatem eius in omnibus lex Romana constringit adimplere. Ideoque ego in Dei nomine ille, dum & peccatis meis facientibus genetrix vestra filia mea illa, quod non optaveram, tempore naturaſ ſuę completere ab hac luce difceſſit, ego verò pensans confanguinitatis cauſa, dum & per lege cum ceteris filii meis avunculis veſtris in alode meo ſuccedere minimè potuerat, ideo per hanc epiftolam vos, dulcissimi nepotes mei, volo ut in omni alode difceſſum, ſi mihi ſuprefcis fueritis, hoc eft, tam terris, domibus, accolabus, mancipiis, vineis, filvis, campis, pratis, paſciis, aquis, aquarūmve decurſibus, mobilibus & immobilibus, peculium utriusque ſexus maiore vel minore, omnique ſupelleſtile domus, in quodcumque dici poſt, quicquid ſupradicta genetrix veſtra, ſi mihi ſuprefcis fuifſer, de alode mea recipere potuerat, vos contra avunculos veſtrorum filios meos praefata portione recipere faciat, & dum ipius filia mea genetrix veſtre, quando eam nuptiam tradiri, in aliquid de rebus meis mobilibus, drappos, fabricaturas, vel aliqua mancipia in ſolidos tantos dedi, vobis hoc in parte veſtra ſupputare contra filii meis faciat. Et si amplius vobis inſuper de praefidio noſtro obvenerit, tunc cum filii meis avunculis veſtris portionem vobis ex hoc debitam recipiat, & quicquid exinde omnia ſuperius conſcripta facere voluerit, liberam habeatis in omnibus poſteſtam. Si quis verò, quod futurum eſſe non credimus, aliquis de heredibus vel proheredibus meis, seu qualibet perſona, contra hanc epiftolam venire tentaverit, aut eam infrangere voluerit, inferat vobis tan, & quod repetit nullatenus vindicare valeat; ſed praefens epiftola omni tempore firma permaneat, cum ſtipulatione ſubnixa. Aetum illo.

*Charta qui filio aut nepote ſuo aliiquid meliorare voluerit.*

XI. Dulcissimo filio vel nepote meo illi ego ille. Quicquid pater unumquemque de filii vel nepotibus plus habere voluerit, hoc ſibi ſecundum legi ordinem ſine conſortio repetitione defendat, nec praefumat aliquis contra voluntatem patris agere. Igitur ego in Dei nomine ille, dum

& mihi jam ſenectus adgravat, & neceſſates meas ut oportet procurare non valeo, & tu mihi in neceſſitatibus meis ſolatum praebere non defiſtiſ, & di noctuque deſervire non ceſſas, ideo pro bonitate & pro reſpectu ſervitij tui, qua circa me defudas, cedo tibi ceſſumque in perpetuum eſſe volo, & de meo jure in tua transfundō dominatione & poſteſtate, abſque conſortio fratrum tuorum vel filiis meis, loco nuncupante illo, quicquid ibidem uſque nunc tam de alode parentum quām de reliquo adraſtu viſus ſum tenuiſſe, unā cum terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, vineis, filvis, campis, pratis, paſciis, aquis, aquarūmve decurſibus, mobilibus & immobilibus, peculium utriusque ſexus maiore vel minore, omnique ſupelleſtile domus, in quodcumque dici poſt, quicquid ſupradicta genetrix veſtra, ſi mihi ſuprefcis fuifſer, de alode mea recipere potuerat, vos contra avunculos veſtrorum filios meos praefata portione recipere faciat, & dum ipius filia mea genetrix veſtre, quando eam nuptiam tradiri, in aliquid de rebus meis mobilibus, drappos, fabricaturas, vel aliqua mancipia in ſolidos tantos dedi, vobis hoc in parte veſtra ſupputare contra filii meis faciat. Et si amplius vobis inſuper de praefidio noſtro obvenerit, tunc cum filii meis avunculis veſtris portionem vobis ex hoc debitam recipiat, & quicquid exinde omnia ſuperius conſcripta facere voluerit, liberam habeatis in omnibus poſteſtam. Si quis verò, quod futurum eſſe non credimus, aliquis de heredibus vel proheredibus meis, seu qualibet perſona, contra hanc ceſſionem meam quoquo tempore venire aut eam infrangere voluerit, inferat tibi cum cogente filio aurantum, & quod repetit vindicare non valeat; ſed praefens epiftola firma permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Aetum.

*Charta ut filia cum fratribus in paterna ſuccedat alode.*

XII. Dulcissima filia mea illa, ego ille. Lex Salic.  
tit. 61. c. 6. Diuturna, ſed impia, inter nos conſuetudo tenetur, ut de terra paterna fores cum fratribus portionem non habeant. Sed ego perpendens hanc impietatem, ſicut mihi à Deo æqualiter donati eſtiſ filij, ita & à me ſitiæ æqualiter diligendi, & de reſ meas poſt meum difceſſum æqualiter grauelit. Ideoque per hanc epiftolam te, dulcissima filia mea, contra germanos tuos filios illos in omni hereditate mea æqualem & legitimam eſſe conſtituo heredem, ut tam de alode paterna quām de comparatum vel mancipia aut praſidium noſtrum vel quodcumque moriens reliquerō, æquale lance cum filiis meis germanis tuis dividere vel exæquare debeas, & in nullo penitus portionem minorem quām ipſi non accipias, ſed omnia vel ex omnibus inter vos dividere vel exæquare æqualiter debeat. Si quis verò, & quod ſequitur.